



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xij. De Ecclesiasticis Censuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

in eo, qui vt damnū non con-
tingeret, nihil omisit.

*Iniuriæ inferuntur re, uerbis, literis, & pœ-
na est arbitraria. h. d.*

*glos. in utr.
iniuria. cap.
fin. ext. co.* Inferuntur^a autem iniurię tri-
bus modis: Re, Verbis, & lite-
ris. Re, vt cum manus inferun-
tur. Verbis, vt cum conuicium
dicitur. Literis, vt cum in alte-
rius vituperationē carmen, aut
famosus libellus conscribitur:
quibus omnibus casibus p qua-
litatibus admisi & atrocitate,
prudens iudex pœnas irroga-
bit.

*Conficiens famosum libellum, & manife-
stans, pari pœna puniuntur. h. d.*

Eo amplius si quis famosum
libellum inuenerit, & non sta-
tim corruerit, vel combusse-
rit, sed eius tenorem dolosē ma-
nifestauerit, quasi author, ple-
tendus erit.

DE ECCLESIASTI- cis Censuris,

TITVLVS XII.

*Ponit cōtinationem præcedentū, & sub-
sequentium. h. d.*

Postquam tam primo libro
personarū, quàm secundo re-
rum Ecclesiasticarū tractatū
cum his, quę annexa sunt, sum-
matim complexi fuimus, subin-
de ad reliquos venientes, iudi-
ciorū tam Ciuiliū, quàm Cri-
minalium materiam & seriē ex-
planauimus, delictorum & na-

turā & pœnas breuiter perstrin-
gentes: cum tam ratione contu-
maciæ, quàm etiam aliorū ex-
cessuum Ecclesiasticis censuris
interdum aliquos innodari va-
rijs locis admonuerimus, sup-
est nunc, vt operi finem impo-
nentes, de ipsis cēsuris fusiū &
distinctiū differamus.

*Quid ueniat appellatione censure Eccle-
siasticę, quid sit excommunicatio, quid interd-
ctum, quid suspensio. h. d.*

Ecclesiasticę censurę nuncu-
patio tria regulariter comple-
ctitur: scilicet, Excommunica-
tionis, interdicti, & suspensio-
nis sententiam. Excommuni-
catio, est à communione exclu-
sio. Interdictum Ecclesiasticū,
est à certis sacramentis, & om-
nibus diuinis officijs & sepul-
tura Ecclesiastica facta prohibi-
tio. Suspensio, est inhabilitas
quædam ordinum, vel officio-
rum executionem impediens.

Sed ne de omnibus simul tra-
ctantes, legentibus difficultatē
ingeramus, distinctē de singulis
differamus, ac primū de Excō-
municatione.

DE SENTENTIA excommunica- tionis,

TITVLVS XIII.

*Minor excommunicatio à perceptione sa-
cramentorum, Maior etiam à fidelium commu-
nitione separat. h. d.*

C